Lambaesi (VIII 2675 vidit Wilmanns). — 1) *Vocabulum scalpro deletum, post mortem Maximini, antequam legio ipsa Gordiani iussu tolleretur (Wilm.).*

4195 *(protomae Solis et Lunae)* deo invicto Mytre leg. II Herculiae[1] fec. | *(Mithras taurum immolans)* cors X et VII, votum solverunt | l. a.

Sitifi (VIII 8440 vidit Villefosse; imaginem dedit Cumont mystères de Mithra II p. 405 fig. 328). — 1) *Nomen legionis inditum a Maximiano (cf. supra N. 2781), nec multo posterior erit hic titulus.*

Titulum deo Soli invicto Mithrae anno 307 Carnunti dedicatum ab imperatoribus habes supra N. 659.

4196 omnipotenti deo Mitrhae *(sic)* Appius | *(Mithras immolans taurum, in quem invehuntur canis, serpens, scorpio; iuxta corvus; supra Sol et Luna; in angulis inferioribus lampadophori duo)* Claudius Tarronius Dexter v. c.[1] dicat.

Neapoli, rep. in Pausilypo (X 1479 vidit Mommsen; imaginem dedit Cumont monum. relat. aux mystères de Mithra II p. 250 fig. 85). — 1) *Vir clarissimus (homo praeterea ignotus, qui tamen videtur fuisse consocer Nicomachi Flaviani, supra N. 2947, socer Nicomachi Flaviani iunioris, cf. supra N. 2948 not. 2, a quo huius filius Appius Nicomachus Dexter, cf. supra N. 2948 fin. cum not. 14, partem nominum traxit; cf. Seeck praef. in Symmach. p. LI).*

4197 deo invicto M. templum vetusta. | conlabsum, quot fuit | per annos amplius | L desertum[1], Aur. | Hermodorus v. p. p. p. N. | m. t.[2] a novo restitui fecit, | quot edificatum est divo | Maximiano VIII et Maximino it[*e*]r. | Agg. con.[3], Quar. Ursiniano cur.

Tanzenberg prope rudera Viruni, nunc Klagenfurt (III 4796 vidit Mommsen). — 1) *Templum aedificatum anno 311 (cf. infra), desertum per annos amplius quinquaginta, videtur restitutum esse imperante Iuliano.* — 2) *Vir perfectissimus, praeses provinciae Norici mediterranei.* — 3) *A. 311 (divi vocabulum Galerio Maximiano fortasse iam in ipso titulo anni 311 additum erat, propterea quod per partem anni Galerius iam fuerat ex vivis exemptus, cf. Mommsen Herm. 32, 540 not. 2).*

4198 pro salute Aug., | in honorem d. d.[1], Soli | invicto Mythr. Hilarus | Aug. lib. tab. p. r. N.[2] et Epictetus | ark. Aug. n. tem. vetustate conl[*ap*]s.[3] | sumptu suo cum pictura refe[*c.*], | imp. d. n. Gordiano Aug. et Aviola c[*os.*][4], | sacerdot. Licin. Marcello pat[*re*].[5] | D. VIII k. Iulias[6], Q. Viv...

Töltschach prope rudera Viruni (III 4800 vidit Mommsen). — 1) *Domus divinae.* — 2) *Tabularius patrimonii (?) regni Norici (dispensator p. r. N. est III 4828).* — 3) *Fortasse idem templum Mithrae ad quod pertinet N. 4197.* — 4) *A. 239.* — 5) *Cf. N. 4190 not. 3.* — 6) *24 Iun. (dies solstitii).*

4199 *(in latere tauri a Mithra immolati; ex vulnere tauri non sanguis profluit sed enascuntur spicae)* Alcimus Ti. Cl. | Liviani ser. vilic.[1] | S. M. v. s. d. d.[2]

Romae, nunc Londinii anaglyphum marmoreum (VI 718 cf. 30818; imaginem dedit Cumont textes et monuments relatifs aux mystères de Mithra II p. 228 fig. 59 cf. I p. 187). Eadem inscriptio praeterea extat in plintho monumenti (Cumont l. c). — 1) *Ti. Claudii Liviani (praefecti praetorio Traiani, cf. supra N. 1325) servus vilicus.* — 2) *Soli Mithrae votum solvit, donum dedit.*

---

archive.org